Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



vecto tramite vectus se regi cum ramo olive obtulit
qui ut decebat regem cunctos qui aderant salutans
recipiensque salutacionem a rege Ad populi conuencio
quid adolescens nudus quid ve ignis significet
interrogat Rex autem per ordinem et crimen filii sui
et principum sinas narrans et interrogat et ipse
senem quis et unde esset que eum illuc necessitas
compulisset At ille Cuius aut romanus unus de
septem senioribus dicor Soleo incessanter regum
principumque curias frequenter circuire ciuitates vicos
et castella Iudicia leges moresque regionum quarumlibet
inuestigare casus fortunamque hominum audientibus
narro semper discens semperque docens Sic euntem de loco
ad locum fortuna non necessitas me obtulit sed
miror et mirari non sufficio quod tam elegantem
forma animoque prudentem vincum filium quid fecit
ve vel quantum peccauit flammis exuri tua viscera
paciantur Verum antequam a te recedam tributumque
quod ceteris regibus soluere teneor soluam Narrabo
quod quandam accidit Si iubeas me audiri Iussu
ergo regis cunctis tacentibus in eminenti sapiens
loco stans sic incipit dicens

34. Fuit antiquo tempore rex quidam magnus et
potens qui congregando thauros maxime
curam habens magne altitudinis lati-
tudinisque turrim auro argento preciosisque qui-
buscumque rebus usque ad summum replenat Habebat
hic militem qui in multis fidelis reptus fuerat

31v